

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

[Praefatio]

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

Ad Lectorem benevolum 4.
Praefatio.

Quod in Familiarum illustrium investigatione plerisque evenit, ut dum nimis vetustas eas facere sagient, ultra omnem Historiarum memoria perventur, et partim fabulosa pro veris asserere, partim conjecturas, quas versare in omnes opiniones, asserere non vereantur; Id quoque in antiquissima et incluta Marchionis Badenensium et Hockbergensium prosapia contigisse comperio. Nam esse dubium nullum sit, Serenissimam familiam hanc et vetustate insignem; ut Aeneas Silvius in Germania sua loquitur; et opinione sustitio praecellentem esse, certum id est, veram et genuinam ipsius originem plerisque, haecenus fuisse incognitam, ita ut multi ea attulerint, in quibus, ut dici solet, qui optimam conjecturam fecit, is vates sit optimus; Maxime vero eos errasse existimo, qui ostentandi studio nimiam et majorem, quam Sacerdotes Aegyptij apud Platonem in Dimeo sibi suisque adscribere vetustatem, ipsis asserere non dubitarunt, parum considerantes, quod ex se ipso natus sit nemo, sed ad quemcumque generis Authorem pervenerimus ipsi quoque patrem, avum, majoremque fuisse necesse sit. Ita nisi in uno aliquo, qui primus posteris genus referit, acquieveris, quis tam anxie inquisitionis stultetur finis, aut ubi, qui tam sollicitè suspicitur, unquam se sistet labor? mihi semper ita visum est, nihil aut parum admodum ad mentis alicujus laudam facere; ut prudentissimus Gerardus del Hog in suis Annalibus Austriae circa principium lib. I. scribit; vel ex Ogygiave se ortum esse, cum infima conditionis ho-

2.
minibus aque ac Regibus commune sit, et a Noacho,
atq; ab ipso Adamo primo omnium parente propagatum
sit genus. Hoc vero insigne est vetusta nobilitatis de-
cus, Majores habere atq; imitari eos, qui virtute, na-
gnisq; in Reip. collatis beneficiis, uti ceteris excelen-
tiores haberentur, mereri, cujus nota viros, quos plures
quis in Majorum suorum Imaginibus ostenderit, eo magis
illustri familia ortus esse censebitur. Atq; ideo eos,
qui in ejusmodi praestantiis Heroum ac Virorum memo-
ria ex veris et genuinis rerum monumentis eru-
da laborant, bene ac utiliter studium operamq; impen-
dere, nemo sano mentis negaverit. Id ipsum et Ego
quoq; pro injuncto mihi munere considerans, veram
originem Serenissima Domus Marchiaca indagare,
et ad privatos meos usus, donec meliora nobis tempo-
ra affulserint, reservare, omnibus quibus potui viribus
sum nisus. Sed in hoc labore meo boni publici causa
suscepto non sine fastidio reperi, quod eorum, qui de
Marchionum Bad. et Hochbergen suorum origine hactenus
scripserunt, diversae admodum sint opiniones seu Con-
jectura potius, uti ex sequentibus patebit.

I. Opinio.

Primo etenim nonnulli hanc Familiam ab antiquis
Comitibus Badensibus, qui olim in Helvetia v' Ergo-
via, in ipsa urbe Badena, seu castello Thermani, uti
The: 3 appellat, aut in Thermopoli, v' ut à Glarcano
nominatur, floriere, deducere conantur, et quidem
a comite Wernero, qui circa An. 1153. in magna
auctoritate, praesertim apud Tigurinos fuisse legitur,